hec qualitates tangibiles imutãdo intentionalr ſenſum imutant ipſuȝ non ſolum vt ſunt cognoſcibilia ſȝ vt ſunt nociua. ⁊ ex hoc cãtur pena ⁊ dolor multo magis ille ignis iferni per virtutem diuinam imutãdo intentionalr intellectum aie ſepate imutabit ipſum non ſolum vt eſt qd cognoſcibile ſed ẽt vt eſt qd nociuũ ⁊ reſultabit ibi multo maior pena ⁊ dolor q̃ȝ reſultet in ſenſu. Immo qꝛ res ipſa que eſt deꝰ maius nocũm pt inferre ſbȝs ſpũlibus ⁊ qbuslibet creaturis. quia põt eas anihilare q̃ȝ poſſint qualitates tangibiles rebus corporalibus qꝛ non pñt eas. niſi corrumpẽ ſi pp diñuȝ qd habẽt tãgibilia ſupra tactũ imutant ipſum non ſolũ vt ſunt cognoſcibilia ſȝ ẽt vt nociua. multo magis ignis inferni per virtutem diuinã immutabit intellectum anime ſeparate non ſolum vt eſt quid cognoſcibile. ſed vt eſt quid nociuum cum ſine comparatione maius dñium habeat virtus diuina ſuper ſbas ſpirituales q̃ȝ habeãt tangibilia ſupra tactum. Erit itaqȝ hic ordo ꝙ ſicut nunc anima coniuncta corpori nãlr patitur ab igne mediãte ſenſu ſic anima ſeparata per virtutem diuinã patietur ab igne mediãte intellectu. Ignis ergo iferni licet ſit quid corporale in virtute dei imutabit intellectum anime ſeparate non ſolum vt ẽ qd cognoſcibile ſed vt eſt qd nociuuȝ. ⁊ erit ibi dolor. ⁊ pena non obſtante ꝙ hec corporalia in virtute luminis intellectus agentis non poſſunt immutare intellectum poſſibilẽ niſi vt ſunt cognoſcibilia tantum ex qua immutatione per ſe ⁊ ſm ꝙ huiuſmodi non eſt ibi pena nec afflictio. ſed magis delectõ. ⁊ voluptas. Ex h̃ ãt apparere poteſt quare pena anime ſeparate ſm ꝙ patitur ab igne inferni dicitur pena ſenſus qꝛ licet anima ſeparata crucietur ab igne inferni pro vt imutat intellectuȝ eius vt ẽ quid nociuuȝ tñ qꝛ nãliter loquendo. hoc eſt proprium ſenſus ꝙ ſic immutetur ab obo. intellectus anime ſeparate per virtutem diuinam. in hoc quodãmodo induit modum ſenſus propter qd huiuſmodi pena merito dicitur pena ſenſibilis. Imutatur ergo ibi modꝰ ⁊ ordo actionum vt intellectus anime ſeparate per virtutem diuinã imutatur ab obo. modo afflictiuo ⁊ induit q̃dãmodo modum ſenſus. quare patet vex eſſe ꝙ 3° ꝓponebat̃ d̃clarãdũ vȝ ꝙ qꝛ deus poteſt imutare ordinem agentium ⁊ modum actionum ignis inferni non ſolum immediate per virtutem diuinam abſqȝ ſenſu poteſt imutare intellectuȝ anime ſeparate aliquid efficiendo in eo. ſed etiam per virtuteȝ huiuſmodi illud ꝙ efficit in huiuſmodi intellectuȝ ẽ quid nociuum ⁊ penoſuȝ ⁊ animam cruciat ⁊ torquet. vere ergo anima ſeparata per intellectum aſpiciendo ⁊ videndo ignem inferni crematur ⁊ experitur penam qd totum ex hoc contingit qꝛ per virtutem diuinam ignis ille inferni intellectum illius anime. quo aſpicit ⁊ videt ⁊ cognoſcit. immutat vt eſt non quid cognoſcibile. ſed etiam vt quid nociuum. ideo Grego. ait quarto dialogorum. ꝙ anima quia cremari ſe aſpicit crematur ⁊ ſubdit ꝙ ſicut res corporea incorporeã exurit dũ ex igne uiſibili ardor ⁊ dolor viſibilis trahit̃ vt p ignẽ corpeũ mẽs i corpea flama crucieẗ. ¶ Ad pm dõȝ ꝙ h mõ ignis iferni affligit aĩam ſepatã per virtutẽ diuinã ſine corpe. ⁊ ſicut nãlr affligit aĩaȝ ꝯiunctã per ſenſuȝ ſic per virtutẽ diuinã itellꝰus aie ſeparate induit modum

Quid eſt formaliꝰ, eẽntialiꝰ. ⁊ pncipaliꝰ i illa afflione. Reſpon. cap.

4.di.44.q. 2. ꝯcſone 3. ꝙ ē ꝑua tio diuine viſionis. ⁊ iſta ē opio Tho.3.ꝯ. gen.c.141 Aureolus dixit eſſe quādaȝ di ſplicētiā ꝺ ſūmo ma lo qꝺ hȝ anima.

Dic igr̄ re ſolute. ꝙ ſōȝ doloris eſt ſenſus vt plane dicit.4.ql. q.15. ⁊.c. 13.libri.ꝺ paradiſo ⁊ īferno ⁊ ē ītelľs vt īduit mo/ dū ſenſus ī aīa ſepa ta ⁊ ſic cō cordabva ria dicta Egi.q̄ p̊ facie vīr ꝯria vt pȝ q. ꝓceden ti. Ad 4.

ſenſus ignis affligit animam ſic ſe
paratam mediante intellectu.
¶ Ad.ᵉ ſcōm dꝺ ꝙ ſenſus ē ꝓpū
ſōm doloris qꝛ oē illud in quo for/
maľr eſt dolor vel eſt ſenſus vel in/
duit modū ſenſus per ꝙ intelľs aīe
ſeparate poterit eſſe ſōm doloris ꝙ
lȝ non ſit ſenſus tñ p virtutē diuinā
induit modū ſenſus qꝛ īmutať ab
igne qui eſt corpalis non ſolū vt eſt
qd cognoſcibile. ſȝ vt eſt qd nociuū
ſm quē modū ab hys corpalibus ī
mutāť poᵉ ſenſitiue. ¶ Ad 3ᵐ dꝺȝ
ꝙ excellentia intelligibiliū non af/
fligit intelľm. qꝛ intelligibilia īmu/
tant intelľm poſſibilē in virtute lu/
minis ītelľs agentis ſm quē modū
īmutant ipſum vt cognoſcibilia tñ
ſed ignis inferni īmutat intelľȝ aīe
ſeparāte per virtutem diuinā nō ſo
lū in eo ꝙ eſt qd cognoſcibile ſȝ vt
eſt quid nociuū ſȝ ꝗȝ imutationē eā
torquet ⁊ cruciat. Pȝ ğ ꝙ queriť ꝺ
ordine paſſionis aīe ſeparate quo
ordine patiatur potenia ꝓbabil ius
tenetur eā ꝯ ordine pati ꝙ ignis il
le inferni prius attingit potentiam
aīe ⁊ mediante potentia cruciat ⁊
affligit eam ꝙ ſi queratur ꝗȝ potē/
tiam prius attingit pȝ ꝙ potētiā in
tellectiuā. ita ꝙ mediante intelľu cā
tur hmōi dolor in aīa. non. n. aīam
ſic ſeparatā ignis affligit mediante
ſenſu cū potentie ſenſitiue non ſint
in ea formaľr. ſed ſolū virtuaľr ⁊ in
radice. Quare ſi aliquo modo veri
ficatur aīam ſeparatam pati p ſen
ſum ꝯ eſt in ꝗȝtū ꝟtute diuina vt pȝ
perhabita. Intelľs tunc induet mo
dum ſenſus. ¶ Argumenta autē
probantia ignem inferni prius at/
tingere potentiam anime ſepara/
te ꝗȝ eſſentiam concluſionis gra/
tia concedantur.

Queſtio ſeptima.

SEptimo Que
ritur ꝺ paſſione corpoꝝ
dāpnatoꝝ. Et ē qꝺ vtrū
poſt reſurrectionē corᵒ dāpnatorū
patiantur ab igne inferni. ⁊ vr̄ ꝙ ñ
qꝛ oīs paſſio magis facta abicit a
ſōa vt dr̄.6.topicoꝝ. qr̄ ſi corpa dāp
natoꝝ paterentur ab igne aliqñ cor Cap. 9.
rūperentur ꝙ eſt ꝯ determinata.
¶ Preterea ſi agens ⁊ patiens cō Egi.p̊.8
municant in mā agens aſſimilat ſi/ gen.c.c.
bi paſſum ⁊ ad vltimū paſſuȝ ꝯuer/ 60. glo
tiť in nām agentis. ſed ignis ⁊ cor ſat p̄niā
pora nr̄a cōicant in mā. qꝛ vna eſt ꝓpōȝ ꝺ
mā omnium exiſtentium in ſpera agente
actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ. ergo ſi corpora ꝑticula
dāpnatorum paterentur ab igne ali ri ñ vľi.
qñ fierent ignis ⁊ conuerterentur
ad nām eius. ꝙ non patitur fides
catholica. ¶ Preterea motus celi
eſt cauſa omnis actionis ⁊ paſſiōis
facte in iſtis corporibus. ſed tūc ceſ
ſabit motꝰ celi qꝛ ꝓ tpe illo dici po
teſt. Sol ⁊ luna ſtetere in abitaculis
ſuis ⁊ pro tpe ꝙ verificabitur ꝙ iu
rauit angelus peruiuentem in ſe/
cula ꝙ non erit amplius tpˢ. Nam
poſt reſurrectionem non ſolum nō
erit amplius tpˢ merendi vel deme
rendi. ſed etiam non erit amplius
tpˢ ꝙ eſt paſſio primi motus qꝛ ceſ
ſabit motus celi. quare ceſſabit oīs
actio ⁊ oīs paſſio tā elementoꝝ ꝗȝ
elementatoꝝ non ergo corpora dā/
pnatoꝝ patiuntur ab igne. ¶ Pre
terea quia dicebat reſpondens cor
pora dāpnatorum pati ab igne in/
ferni non per mutationem realem.
ſed intētionalē. Cōtra. ageř preſup
ponit eſſe. ⁊ ſicut res habet ſe ad ageř
ſic ſe habet ad eſſe ⁊ econtrario. ſed
conſtat ꝙ non eſt eſſe intentionale

niſi ſit eſſe reale vel eſſe nature. er/
go non erit actio intentionalis niſi
ſit actio realis vel actio nature.
Quare ſi corpora dānatorum im/
mutantur ab igne inferni intentio/
nal'r īmutabuntur realiter per īmu
tationem nālem q2 aliqñ huiuſmo/
di corpora paſſibilia conuertētur
ad naturam agentis ꝛ fieret ignis
ꝙ eſt inconueniens. ¶ Preterea
dicebat rñdens hmōi corpora pa/
ti ab igne inferni· nūq̄ꝫ tamen poſſe
corrumpi per talem ignem. Cōtra
omnis paſſio ꝛ oīs alteratio ordina
tur ad formam. qr̄ ſi per paſſionem
illatam ab igne inferni hmōi cor
nūq̄ꝫ poſſunt corrumpi. ꝛ accipere
formam ignis erit ibi paſſio ꝛ trāſ
mutatio vel alteratio ſine termino
q2 forma eſt terminus alterationis.
ſed cum oīs alteratio ꝛ oīs trāſmuta
tio recipiat ſpeciem ex termino vt
T.c.4. dr̄.5.phy. ꝛ motus ſit in eodē termi
no cuꝫ rebus ad quas eſt motus vt
dicit in tertio ſi eſſet ibi paſſio vel
alteratio ſine termino. paſſio illa
vel alteratio nec eſſet in gñe nec in
ſpecie. ſed cū īplicet contradictio
nem ad q̄ꝫ ipſa diuina virtus ſe nō
extendit nullo modo eſt poſſibile ſi
corpora dampnatorum ſint incor/
ruptibilia ꝛ non poſſunt acquirere
nouam formam ꝙ poſſint trāſmuta
ri ꝛ pati aliquam paſſionem.
¶ Preterea omnis actio vel paſ/
ſio ſenſibilis fit per medium. ſed
ibi in inferno vbi erit tanta tenebro
ſitas ꝛ obſcuritas non videtur ꝙ
poſſimus dare aliqđ elemētū me/
diuꝫ per ꝙ deriuetur actio vel paſ
ſio ab obiecto vt ab igne ad corpo/
ra dampnatorum. quare non videt
ꝙ actionē vel paſſionē ibi ſaluare
poſſimus. ¶ Preterea p̄ſuppo/
nit fides catholica corpora damp/
natorum maxime pati ergo debent

pati a corpore maxime actiuo. pa
tientur ergo non ab igne. ſed a cor
pore celeſti. ¶ Preterea ſecun/
dum Anſelmum unde conceptu vir
ginali ſola voluntas premiabitur.
ꝛ ſola voluntas torquetur in infer/
no. quare ſi paſſio ꝛ pena erit in ſo
la voluntate in ipſis corporibus dā
pnatorum non erit dolor nec cru/
ciabuntur damnati ſecundum cor/
pora ſed ſecundum voluntatem tā
tum. ¶ In contrarium eſt quia
ſi anima poteſt pati ab igne magis
poterit pati. ꝛ corpus. Sed cum
oſtenſum ſit animam ſeparatam eē
cruciandam per ignem. multo ma/
gis cruciabitur corpus coniunctuꝫ
anime. ¶ Preterea actiones ꝛ paſ Ex p̄ d ala
ſiones ſunt totius coniuncti ꝛ totuꝫ 63.64.
coniunctum dicitur agere ꝛ pecca
re ſed cum congruum ſit ſm men/
ſuram delicti eſſe plagaruꝫ modū:
ſꝫ totum ꝯiunctum cruciabitur. do
lor igitur ꝛ cruciatio non ſolum e/
rit ibi ſecundum animam ſed etiaꝫ
ſecundum corpus. ¶ Reſpondeo
dicendum ꝙ in queſtione propoſi/
ta tres difficultates tāgebātur. Ui
delicet de ipa paſſione. de modo pa
tiendi. ꝛ de quantitate doloris. facit
enim difficultatem in queſito ipa Articulus
paſſio. q2 ceſſabit motus celi nō vi/ pariſiēſis
detur eſſe poſſibilem ipſam paſſio/ pōit ꝙ ſi
nem. Rurſus reddit queſtionē diffi ceſſante
cilem modus patiendi. quia ſi cor motu celi
pōa reſurgentium dampnatorum igni appli
ſunt incorruptibilia dubiuꝫ eſt quo cet ſtuppa
modo pati poſſint. Hec autē due ꝛ nō agat.
difficultates ſpeciales eſſe vidētur error. ſed
pro vt patientur dampnati quan/ articulus
tum ad corpora. Nam cum anima iſte ē ſane
rationalis ſecundum ſe non ſit ſub/ ītelligēd9
dita motui corporis ſuper celeſtis ſꝫ p̄q̄ vid ca
h corpa nāl'r ſūt ſ̄biecta. ſit ſpāl' diffi preo.4.di.
cultas īppoſito. q2 ꝛ ſi ceſſante motu 44.q.4.ad
celi nō ceſſaret paſſio illata anime 2. Duran.

per intellenctum olo tñ vr̃ eſſe ddm
ꝙ ceſſante celi motu ceſſet paſſio il
lata corpori per ſenſum. Rurſus cũ
aĩa non cõmunicet in mã cum igne
Oritur difficultas ſuppoſita paſſiõe
aĩe. quare non corrũpitur ⁊ ad vlti
mum fit ignis qꝛ nũq̃ʒ paſſum cõuer
titur in nãm agentis vel traſmuta
tur in agens niſi cõicet in mã cum
illo. quare cum corpus cõicet in mã
cum igne dubium eſt quõ poſſit cõ
tinue pati nec tamẽ poſſit cõrumpi
⁊ accipere formam ignis. ¶ Ter
tiuʒ aũt faciens difficultatẽ in eo qđ
queritur vʒ quantitas paſſionis eſt
.n. cõe tã queſtioni propoſite de paſ
ſione corporum q̃ʒ etiam queſtioni
prebabitc de paſſione animaꝝ quia
vtrobiq̃ʒ ẽ dubiũ quantus ſit ibi do
lor vel paſſio. Hec aũt difficultates
tolluntur ſi conſideretur ordo vir
tutum corporalium ad celum ⁊ ad
virtutes incorporales ⁊ ab obiecta.
Nam ſi hmõi corpora vel hmõi po
tentie corporales ⁊ ſenſitiue de qui
bus eſt qõ quõ poſt reſurrõnẽ pati
poſſint cõperentur ad motum celi.
apparebit ꝙ ceſſante tali motu pa
ti poterunt. ſi vero tales virtutes
corporales ⁊ tales potentie organi
ce comparentur ad obiecta ⁊ ad po
tentias non organicas manifeſtabi
tur modus ⁊ quantitas paſſionis.
Propter pm notanduʒ ꝙ dolor cor
poralis principalr̃ eſt in ſenſu ⁊ in
de eſt ꝙ nulla corpora in ſenſibilia
dolorem pñt pati. qr̃ qꝛ ſi nulluʒ cor
pus doleat niſi doloreʒ ſentiat ⁊ ſen
ſus ſentire non poſſit niſi vt imuta
tur intentionalr̃ ab obõ. qꝛ ſenſus eſt
ſuſceptiuus ſpẽꝝ ſine mã vt dicitur
T.c.121. in ſcđo de aĩa. cãbitur dolor princi
palr̃ ex immutatione intentionali.
Immo cũ recipiẽs debeat eẽ denu
datum a nã recepti. qꝛ ſicut pupilla
dr̃ bene ſentire colores eo ꝙ ſit abſ
color imutatio realis impedit ſen
ſum vt ſi pupilla realiter colorare
tur impediretur ne ſentiret colores
ſed impedire perceptioneʒ ſenſus
eſt impedire dolorem qꝛ nihil do
let niſi inquantum dolorem ſentit ⁊
percipit. quare eſt olo manifeſtuʒ ꝙ
non ſolum per imutationem intẽtio
nalem fit principalr̃ dolor. ſed etiaʒ
qꝛ imutatio realis eſt impeditiua do
loris. ꝑpqđ corpora nr̃a ab igne abſ
q̃ʒ imutatione reali imutarentur in
tentionalr̃ ſil'i modo ſicut imutãtur
cum cruciantur ab ipſo. eſſet ibi ma
ior doloris perceptio ⁊ per ꝯñs ma
ior dolor. Hoc viſo ſciendũ ꝙ ꝓprie
primum tranſmutans ad formaʒ dʒ
eſſe intranſmutabile ſm ipſam. In
de eſt igr̃ ꝙ celum dr̃ primum alte
rans qꝛ ſm formam alterari nõ põt
quare cum duplex ſit tranſmutatio
vna realis ⁊ alia intentionalis. ⁊ ce
lum non alteretur realr̃. qꝛ non pa
titur peregrinas impreſſiones. alte
ratur aũt intentionalr̃ qꝛ illumina
tur a ſole. alterationem realẽ hic in
ferius factam poſſumus reducere
in celum tãq̃ʒ ipmũ alterans. ꝓpter
ꝙ ceſſante motu celi niſi deus ordi
nem vniuerſi alr̃ imutaret omnem
tranſmutationem hic inferius fcãʒ
opporteret ceſſare. Sed tranſmuta
tionem intentionalẽ oʒ reducere in
aliq̃m ſuperioreʒ ordineʒ q̃ʒ imotu
celi cum ⁊ ipſum celum intentiona
liter alteretur. Igitur ceſſante mo
tu celi talem alterationem ceſſare
non eſt neceſſarium. ſed cũ oſtenſuʒ
ſit dolores ⁊ paſſioes ſenſibiles fie
ri per imuationẽ intentionalẽ. Am
mota eſt difficultas prima. per q̃ʒ
dubitabatur non eſſe paſſionem in
corporibus dãpnatoꝝ poſt reſurre
ctionem eo ꝙ tũc dicatur motus ce
li ceſſare. Scđa aũt difficultas tac
ta ſoluitur ſi conſideretur ordo ſen
ſitiuaꝝ

Ignis q̃ bʒ dupli cẽ actõʒ vt ait. Sco. ⁊ f cte. 4. ſẽ. d. 44. q. 3. itẽtio nalẽ eq uocaʒ ⁊ realem vniuo cã. ⁊ hñ repugn at corpi nec exp te cãe a ctiue. nec ſu ſcepti ue. ẽt ceſ ſãte mo tu celi.

ƺ iſtã alte
ratõʒ iten
tionalẽ va
dũt rões.
Duran.iõ
ꝯſidera ⁊
ſolue. qm̃
ñ poſſum9
pl̃s hic ni
ſi excitar̃
ĩtell̃ʒ tuũ.

ſitiuaꝝ potentiaꝝ vel hoꝝ corpo/
ralium ad oba. Cum habitum
ſit duplicem eſſe alteratiõẽ. Unã
realem. Et aliã intentionalem. vl̃
vnam realem. Aliam animalem
vel ſenſibilẽ cũ per traſmutationẽ
realem. ⁊ alterationem nãleʒ fiat
corruptio corpuʒ. per alterationẽ
aũt aĩalem. ⁊ intentionalem. non
corrũpuntur corpora. ſed cãetur
pena ⁊ dolor in ſenſu corpora dã
pnatoꝝ. per ſenſus reciperent do
lorem ⁊ penam. abſqꝫ eo ꝙ corrũ
pantur vel diſſoluantur. qꝛ erit ibi
vt cõiter ponit̃ paſſio aĩalis. nõ nã
lis. vel erit alteratio intentionalis
non realis. ⁊ ſic ſoluta eſt difficul
tas ſcda. ¶ Ad euidẽtiã difficul
tatis tertie notãdũ. ꝙ cum aliqua
ſunt coniuncta fit quedam redun
dãtia ab vno ad aliõ ⁊ eꝯ°. Inde ẽ
ꝙ qꝛ potentie ſenſitiue ⁊ organi/
ce ſunt aliquo modo coniũcte po
tentijs intell̃inis ⁊ non organicis
ex potentijs organicis fit quedaʒ
redundantia in potentias non or/
ganicas ⁊ eꝯ°. qꝛ oẽs tales poten
tie in vna eſſentia aĩe vniuntur.
pp̃ qꝫ vnionem ⁊ connexionem ta
lem redundantiam eſſe cõtingit.
Inde eſt ergo ꝙ inflammata car
ne. ⁊ motis potentijs ſenſitiuis ad
venerea fit quedam redundantia
in mente ⁊ in volũtate vt ipa mẽs
nr̃a. que non eſt potentia organi/
ca alliciatur ⁊ deſideret ea adq̃ di
ſponitur caro ſic immutata. ⁊ ſic ca
lefacta. ⁊ etiam eꝯ° contingit. ꝙ
cum voluntas eſt infecta. ⁊ mens
nr̃a venerea deſideret. ſm̃ tale
deſiderium exultat caro ⁊ infla/
matio in carne. oĩo ergo aſſeren/
dũ eſt fieri redundantia a poten/
tijs organicis ĩ nõ organicas poſt
reſurrectionem corporum pati ab
igne inferni. ꝙ ignis ille in intel/

5. ql.q.21
ar.3.⁊ dc.
con. Aug.
q:6. via.5.
ait ꝙ itel/
lect9 poſ/
ſib. ẽ nãl̃r
vnit9 ſãſa
ſie ⁊ ẽ pñs
oib9 v̄tuti
b9 organi
cis rõe eſ
ſentie aĩe
q̃ ẽ pñs cui
libʒ pti cõ
pis ⁊ cui
libʒ orga
no eius.

lectu aĩe ſeparate cauſabit aliqd
afflictiuũ ⁊ nociuum. ſic reſumpto
corpore hmõi intellectu ad huc cã
bit hmõi nociuũ ⁊ afflictiuum. ⁊
ab hmõi nociuo cauſato ĩ intellec
tu cãbitur nociuum ⁊ afflictiuum.
in corpore ⁊ in ſenſu vt ſicut ĩ bea
tis vt cõiter ponitur a claritate
aĩe reſultabit claritas in corpore
ſic ⁊ in dãpnatis a paſſione aĩe. ⁊
a nociuo ĩ itell̃u cauſabitur paſſio
in corpore. ⁊ dolor ĩ ſenſu. Dupl̃r
itaqꝫ ille ignis affliget dãpnatos
qꝛ tam ſenſus dãpnatoꝝ q̃ꝫ etiã
intellectus percipiet illuʒ ignem
ñ ſolũ vt qd cogſcibile. ſʒ ẽt vt no
ciuũ. qr̃ dãnati pcipiẽdo illũ ignẽ
ſenſibiliter affliguntur per ſenſuʒ
⁊ percipiendo ipſum intelligibil̃r
cruciabuntur per intell̃m. ⁊ fiet re
dundantia ab hmõi dolore in il/
lum vt a cruciatu ĩ intell̃u fiet do/
lor ⁊ paſſio in corpe vel in ſenſu. ⁊
ꝓbabil̃r ẽt ſuſtineri poteſt. ꝙ etiaʒ
eꝯ° contingat vt a dolore in ſenſu
reſultet in intellectu. qꝛ virtute di
uina vt in q̃õne. alia dicebatur. in
tellectus dãpnatoꝝ tunc induet q̃
dãmõ modum ſenſus. Ex h̃ ãt pa
tere põt. q̃ꝫta ſit acerbitas illius
doloris. ⁊ q̃ꝫta ſit illa paſſio. Nam
ſuppoſito ꝙ obiectum imprimat
intentionem ſuam impaſſo p mo
dum nociuum. q̃ꝫto magis in mã
imprimit̃ illa intentio vel intẽtio/
nalis ſpẽs. tanto percipitur nocu
mentum ⁊ magis tribulat. Qr̃ rea
lis ĩmutatio nõ ſinit percipere in
tentionẽ vel intẽtionalẽ ſpẽʒ ĩpreſ
ſam p modũ nociui. Igr̃ cũ habi
tũ ſit ꝙ ignis inferni agẽs ĩ v̄tute
diuine iuſtitie p modũ nociui ĩ ꝓ
met q̃ꝫdã itẽtionalẽ ſpẽʒ ĩ intellec
tu dãpnatoꝝ ⁊ imprimet per mo
dum nociui ſpeciem intentionalẽ
in ſenſu eorum. Ex vtroqꝫ parte

E

cruciabit dāpnatos ꝛ vtroqꝫ modo erit ibi pena ꝛ dolor. ſed ille dolor ꝛ illa pena acerbiſſima ꝛ interminabilis ſꝫ ꝙ ignis ille agēs in virtute diuine iuſtitie per modū nociui ꝛ cāt intētionalē ſpēm in intellectu dānatoꝝ. Nā ſi nūc in vita pñti poſito corpe alicui9 ī igne vehementer affligitur cū tñ nūc corpora in igne poſita non ſolum immutant̄ intentionalr̄ ſm ꝙ immutationē fit ſenſus. ſed īmutat̄ realiter ſꝫ ꝙ immutationē impeditur perceptio ſenſus. ꝛ per ꝯñs minuitur dolor q2 non fit dolor ſine perceptiōe ſenſibili nec fit plena perceptio ſenſibilis vt organū ſentiens ꝛ pcipiens intentiones ſenſibiles. ſit denudatum a nā recepti quare immutatio ipſa realis non ſinens organum ſenſus eſſe denudatum a nā recepti impedit pceptionē ſenſibilesꝫ. ꝛ per ꝯñs īminuit perceptionem ꝛ acerbitatē pene. Cogitare ergo debemus ꝙta ſit paſſio in corporibus dampnatis que ab igne inferni immutabuntur intentionaliter tm̄. ꝛ non realiter per ꝙ immutationē impediatur ſenſus ne percipere poſſit impſſionem illius ſpēi intētionalis impreſſe per modum nociui. ꝛ ſic tūc erit maior dolor ex parte ſpeciei impreſſe in ſenſu. q2 ſenſus tunc recipiet magis in materialiter ꝙ modo. ꝙta erit acerbitas pene ex parte ſpēi per modūꝫ nociui impreſſe in intellectu. cum intellectus ſine comparatione magis recipiat in materialiter ꝙ ſenſus. Uidemus aūt ꝙ lapides non dolent ꝛ ſi multū calefiāt q2 ſolum mālīter recipiunt ſpēm calidi. ēt ſi ſenſus ſit affectus aliqua qualitate realiter. ꝛ nō ſit media proportio tangibilium propter illam mutationē mālem impedietur ne poſſit pcipere excellentias intentionum ſenſibiliuꝫ. ꝛ ſic impeditus non dolebit vel ſaltem minuetur eius dolor. q2 qui non ſentit non dolet. ꝛ qui nō percepit non affligitur. In materialitas ergo receptionis ſi fiat receptio per modum nociui auget dolorem ꝛ augumentat experientiā pene. Propt̄ qđ maior erit dolor in corporibus dampnatoꝝ applicatis ad ignem ꝙ ſit modo in corporibus nr̄is ſi ad ignem applicarētur quia ſenſus tūc magis in materialiter recipiēt ꝙ modo. Intellectus ergo q adhuc magis ī materialiter recipiet. ſine ꝯparatiōe ex parte ſpeciei impreſſe in ītellectu reſultabit maior dolor. Erunt itaqꝫ ibi quadruplices dolores.

¶ Primus erit ex īpreſſione ſpeciei in intellectu ꝛ iſte erit maximus. ¶ Secūdus erit ex redūdātia impreſſionis intellectus in ſenſu ꝛ iſte erit quaſi ſimilis primo. ¶ Tertius erit ex impreſſiōe in ipſo ſenſu ꝛ iſte erit valde paruulus reſpectu primi: q2 in mālitas receptionis ſenſus multuꝫ deficit ab in materialitate ītellectus. Sꝫ cum etiā tunc dolor ex impreſſione ſenſus ſit lōge maior ꝙ nūc fiat in corporibus noſtris ex applicatione ad igneꝫ. Quantus erit dolor ex impreſſione facta in intellectu quaſi illa dr̄ia erit inter iſtum doloreꝫ ꝛ illum que eſt inter ignē verū ꝛ ignem pictum. ¶ Quartus dolor erit ex redundantia ſenſus in intellectu ꝛ iſte reſpectiue eſt mininus iſtoꝝ doloꝝ naꝫ erit magnus dolor in ſe ſed reſpectu alioꝝ doloꝝ eſt paruus. Patet ergo ꝙ ſi ꝯſideretur ordo corporalium virtutum ad celū poſſumus

ſaluare paſſioné illorum corporum cuius non tollatur immutatio ſm intentionales ſpecies ppter ceſſationem celeſtis motus. ſed ſi conſideretur ordo corpalium virtutum ad obiecta ſaluabimus modum illius paſſióis. Nam cum tunc obiecta ſenſibilia vt ignis ille inferni imprimat in corpora damnatorum ſolum intentionales ſpecies erit ibi dolor et afflictio abſqz corruptione. Sed ſi tertio conſideretur ordo potentiarum corporalium ad potentias non organicas ſm quem ordinem innoteſcit. quo fiet in illis corporibus receptio intentionum ſenſibilium magis in materialiter quam modo quanta ſit quantitas illius paſſióis. et quantum ſit acerba illa paſſio. cum ergo querit vtrum corpa damnatorum patiantur ab igne inferni. pz quo patiuntur et pz quanta ſit illa paſſio. et quam acerbus ſit ille dolor. ¶ Ad primum dicendum. quod paſſio magis ſcdm abicit a ſbá ſi paſſioné illam antecedat vel cóconmitetur realis immutatio / ſed in corporibus dánatorum erit paſſio magis aialis quam nalis per intentionales ſpecies pz quas minime corpora corrúpuntur. ¶ Ad ſecundum dicendum quod agés aſſimilat ſibi paſſum et ad vltimum paſſum couertitur in natam agentis ſi ſit paſſio nalis. non aut hoc contingit ſi fiat huiuſmodi paſſio ſolum per intentionales ſpecies. ¶ Ad tertium dicendum. quod pz ſoló per iam dicta / quia cum non ceſſet immutatio intentionalis per ceſſationem celeſtis motus cum paſſio corporum dánatorum fiat ſolum per intétionales ſpecies. nó oz eam ceſſare quantumcunqz ceſſet motus celi. ¶ Ad quartum dicendum. quod non eſt ſimile de actione intentióali reſpectu actionis intétióalis et de eſſe reſpectu eſſe. quia actio intentióalis non erit a reali intentione. vt albedo que eſt in pariete imprimit ſuam ſimilitudinem intentionalé in aere et in oculo abſqz eo quod imprimat ſuam ſpém realem in aliquo obiecto. Erit ergo actio intentionalis ſine actione reali. Sed de eſſe nó é ſic. Nam tam actio intentionalis quam etiam intentióale eſſe ſunt ab eſſe reali. Nam ex eo quod paries eſt realiter albus imprimit intentionem ſuam in aere et facit ſpeciem ſuam eſſe intentionaliter in medio. ſufficit ergo ignem inferni eſſe realiter et naliter calidum ad hoc quod imprimat intentionem caloris in corporibus damnatorum. et adhoc quod faciat ſpém caloris eſſe intentionaliter in corporibus damnatis. Non aut oz vt pz paſſionem iſtam intentionalem et aialem precedere paſſionem nalem. ¶ Ad quintum dicendum. quod ois paſſio et ois alteratio terminatur ad formam nalem. ſed non ſemper terminatur ad formam nalem. ſz aliquando ad formam intentionalem. immo paſſio nalis et dolor ipſe pz quod huiuſmodi ſemper determinatur ad intentionalem formá. Quare non erit paſſio non terminata ad aliquá formam nec tamen ppter hoc corrumpentur corpora dánatorum quia per impreſſionem formarum intentionalium fit dolor. ſed non corruptio. Dolebunt ergo illa corpora ſed non corrumpentur vel diſſoluent. ¶ Ad ſextum dicendum quod medium in tactu cále et per ſe nó é aer ſed caro. quantúcúqz ergo in inferno ſit tenebroſitas et dato quod nó eét ibi aer aliquis fiet tamen illa paſſio per medium quod fiet mediante carne. hz .n. ſe neruus in tágendo. ſicut oculus in videndo et caro eſt medium in tactu ſicut aer eſt medius in viſu. quia ſic corpus coloratum attingens aeré

Sco. 4. ſé. d. 44 q. 3 ad primum gloſat ppoſitionem Ariſ. ſm oés rónes q poſſet fieri

Egi. 6. ql. q. 23. ar. i. gloſat de agéte nali vniuoco. et de Con. Auge. q. 5. via pa. dic quod agés et patiés oz eé ſimul.

Lege egi. 5. qli. q. ii.

Lege ad ppoſitum 2. de aía. t. c. 23. du. 8.

ꝙ hmõi aerem tanq̃3 per mediu3 multiplicat ſuã ſpẽm vſq3 ad oculum ⁊ eſt ibi perceptio viſibilis. Sic oportet corpus calidum. vt ignis inferni attingens carnem per eam tanq̃3 per medium. multiplicabit ſpeciem caloris. vſq3 ad neruũ. per quẽ erit perceptio ſenſibilis vſq3 ad experientiã dolo/ris. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ non eſt conueniens. neq3 decẽs corpora dampnatoꝝ a tã nobiliſſimo corpore pati. ſicut eſt corpus ſuper celeſte. Jmo ignis qui affligit ea. erit olo viliſſimus. q2 totus obſcurus ⁊ tenebroſus. nec oportet. ad hoc. ꝙ ſaluemus ibi maximam paſſionem. ꝙ ponamus ea3 fieri a corpore ſuper celeſti qđ eſt maxime actiuũ. q2 ignis ille cum agat in ꝟtute diuine iuſtitie. ſi magis ⁊ minus acriter affligit corpora ſicut diuina iuſtitia ordinauit.

Ↄtriſtaſ.n. volũtas ō oĩo nolito ⁊ diſcoueuienti.

¶ Ad octauum dicendum ꝙ ſola voluntas dicitur in inferno puniri non ꝙ omnis dolor ſit formaliter in volũtate. ſed q2 nihil eſt penoſum ⁊ doloroſum. niſi ſit contrarium voluntati. dolor ergo ⁊ pena formaliter erit in toto corpore dãpnatorum. ⁊ in ſingulis eoru3 mẽbris. ⁊ in hoc ſola voluntas. dicetur puniri. quia ſingulari9 talis dolor. erit contrarius voluntati ⁊ in tantum ꝙ culpa voluntaria affliguntur ſingula membra in quãtum ſecundum dolorem ſingulorum membrorum afligetur ⁊ triſtabitur voluntas. ⁊ hec de queſtione ſufficiant.

Expliciunt. q. de reſurrectione mortuorum diſputate pariſius. Per fratrem Egidium de Roma. ordinis Sancti Auguſt.

Laus Deo.

Incipit. q. D. Egidij Romani. De gradibus formarum Accidentaliũ Ad quendã fratrẽ.

Sic hēbãt duo vetuſtiſſimi codices.

DJlecto Sibi in Chriſto. Fri. G. frater Egidius Romanus ordinis Sancti Auguſtini. Salutem in dño. Poſtulatis a me vt de qõne illa. An ſit dare gradus in formis accidentalib9 ſuppoſitis gradibus ſubſtãtialibus. ad vtrãq3 ptẽ. q. obiciendo argumẽta ꝯponerem. Verũ q2 nos ad illam parte3 magis declinare videbamur. qđ eſſent gradus in ſbalibus. ⁊ non in accidentalibus. Jdeo vt vobis ſatisfaciã ad partem illam argumenta difficiliora cõpona3. ¶ Poſſumus.n. via triplici venari. ꝙ non eſt dare gradus in accidẽtalibus formis. nec differt in accidentibus forma gñis a forma ſpeciei. dato etiã qđ hmõi gradus poſſent in ſbalibus repiri. ¶ Prima via ſumitur ex accidentium diffinitione. ¶ Secũda ex eoꝝ generatione. ¶ Et tertia ex eoꝝ eſſe. ¶ Prima via ſic oſtenditur. debemus.n. imaginari ꝙ vt declarari h3. vij. metha. aliter diffiniuntur acciden- T.c.12. ⁊ tia ⁊ aliter ſbe. diffinitio.n. ſbaru3 13. cõſtat ex genere ⁊ dr̃ia ita ꝙ in talibus diffinitionibus. genus dic̃ De dupliquid in completum ⁊ in potẽtia. ci mõ difdr̃ia vero dicit quendam actum finiẽdi. vẽ completum. ⁊ quia dr̃ia que dicit de Egi. p. formam completiuam ſpẽi videt ō aĩa. 1. c. 6 eſſe preter rõnẽ gñis. ⁊ q2 contra rõ3 gñis eſt. predicari ō dr̃ia vt vlt vió. 2. ſen. phs. vi. topi. c. 8. ⁊. 3. met. t. c. 10. ex d. 3. q. 3;

ipſa diffinitione ſbaꝝ forte moue/
ri poſſet aliquis ad opinádū ꝙ
in ſbīs differt forma ſpēi a forma
gnīs. qꝛ dfīa que eſt completiua
forma taliū ſpēꝝ realr̄ differre vr̄
a forma generis. Cum dfīa nō vi
deat̄ poſſet ſuſcipe ꝑdicatiōꝫ gnīs
Sic ergo ſe habebūt ſbaꝝ diffini/
tiones. non tamen ſic ſe vīr habe
re diffinitiones accidentiū. hmōi
enim diffinitiones non conſtāt ex
gnē. ⁊ dfīa. Sed ex gnē ⁊ ſbo. In
talibus.n. ſbm ſe hꝫ loco dfē vide
mus enim ꝙ cauum eſt genus ad
ſimum. ⁊ ricum. vt vult phs. 2. elē/
cho: Sicut ergo in ſbalibus. dfa
addita gnī conſtituit ſpēm ſub/
ſtantie. ſic in accidentibus. ſbum
additum generi. conſtituit ſpeciē
accidentis. Naſus.n. addit9 cauo
conſtituit ſimū. Eſt enim ſimus na
ſus cauus ⁊ crus additū cauo cō
ſtituit ricum. Eſt enim ricuꝫ. crus
cauum. vr̄ ergo ſufficienter oñdi
ex diffinitione accidentiū qđ gnē
in talibus non contrahatur per
additionem alterius forme. Sed
cum talis contractio fiat ſoluꝫ ex
addictione ſbi. Non ergo in tali/
bus eſt dare realiter gradus for/
marum. Sed ſi ī eis eſt dare talis
gradus: hoc erit ſolum ſm quan/
dam intentionem ⁊ rationem. Nā
de ipſis accidentibus non dantur
diffinitiones reales vel phyſice.
Sed ſolum intentionales ⁊ logice
dari poſſunt. ex gnē ⁊ dfīa oēs vie
vane ſunt ad demoſtrandū. ⁊ nāmm
accidentis nōn perfecte declarāt.
¶ Secunda via ſumitur ex gnā/
tione acccidentis. In ipſa.n. gnā/
tione ſbaꝝ forte videretur alicui
quod in noteſcerēt nobis formaꝝ
gradus. Cum embrio prius viuat
vite plante. ⁊ poſtea vita aīalis
vltimo vita ſpeciei vt vita homis

vid. 5. ql. q. 19. E. E. q. 9. ad. 10. ⁊. q. 5. via 2. ⁊ d gra. for. pte. 3. c. 5. via. 1.

Que ſit d moſtratio logica. vide ab Ariſt. 2. d gene. aīa/ liū. c°. 6. ⁊ Auerr. ꝑ. celi. 70. ⁊. 8. phy. 70.

vel leonis. vt ꝑbat phs. 4. metha.
t. c. 3. ꝙ ens ⁊ vnum dicunt eandē
nām quod non diuiduntur nec in
gnātione nec corruptione. non.n.
eſt gnō entis niſi ſit gnātio vnius
⁊ e ꝯ° nec eſt corruptio entis niſi
ſit corruptio vnius. nec eꝯ°. qꝛ ſ
in gnātione accidentium vel ī eo/
rum corruptione. non diuiduntur
forma gnīs ⁊ forma ſpēi. qꝛ nec ē
gnātio vel corruptio caloris abſqꝫ
gnōne ⁊ corruptione alicuius ſpe
ciei caloris nec eꝯ°. In talibus for
ma gnīs ⁊ for. ſpēi realiter differ
re non poſſunt. Immo qꝛ nr̄a con
gnitio incipit a ſenſu ⁊ acciden/
tia conferunt magnam partē ad
cognoſcendum qđ quid eſt. Si in
gnātione ſbaꝝ tales gradus ꝑpen
dere. aliquo mō poſſimus multo
magis debemus perpendere in
gnātione accidentium. ꝙ cum in
gnātiōe eoꝝ tales gradus nō poſ
ſumus perpēdere. dato qđ in ſba
libus eſſet dare gradus. ponē tñ
eos in gnātione accidentiū. vr̄ olo
ridiculum. ¶ Tertia via ſumitur
ex eſſe ipſoꝝ. eſſe enim accidentiū
eſt valde quid debile. ex ſe enim
adeo modicū de entitate habēt ⁊
qa a ſꝫ quid non dꝫ fieri denomi/
natio nō debent dici entia ꝑp en
titatē. que ſit in eis. Sed ꝑp entita
tem que eſt in ſba. ꝑp qđ bene di/
ctū eſt qđ ſcribit. 7. metb. t. c. 2. qđ
accidentia non ſunt entia niſi qa
ſunt entis. Et qa ſic debile eſſe ha
bent accidentia. ꝑp debilitatem. ⁊
ꝑp eoꝝ debile eſſe pati nō poſſunt
ꝙ in ipſis forma gnīs ſit alia a for
ma ſpeciei. Cū enim ſemper ge/
nus minus habeat de entitate
qꝫ ſpecies. quaſi oio eſſet nihil ge/
nus in accidentibus ſi aliam enti
tatem haberent ab entitate ſpeci
fica. Debemus igr̄ imaginari ꝙ

Scito ꝙ ī ipſis accidentibus ñ repit̄ gnō ſimpl̄r. ⁊ abſolute. ſꝫ ꝯpatiue vt hꝫ ꝑ de gen. q. 23.

Idē dic̄ ꝑ ſen. d. 8. q. 2. ⁊. diſt. 19. par. 2. illi9 diſti. q. 4. ⁊ d. E. E. q. 1. ar. 1. ⁊. 1. de gen. q. 3. ⁊. 23. via. 1. Ex dꝫ Ariſto. ⁊ Egi. facile cognoſces qꝫ ſubtil̄r Sco. 4. di. 12. q. 1. Et Zimarra theo. 3. ab errarint opinādo.

Accidētia ēe foꝛal'r ⁊ intrinſece entia.

tota entitas accidentis eſt qd in completū · pp eſſe debile ipſorum non h₃ accidens ex nā ſue entitatis q̄ ꝯbatur ad ſpēm. Sed ex eo q̄ h₃ eſſe in tali ſb̄a vt in prima via tangebatur ꝯbitur ad determinatam ſpēm vt cauū ex eo qḋ h₃ eſſe in naſo ꝯbitur ad ſpēm naſi ſimi. In crure vero ad ſpēm rici. ipſum ergo debile eſſe accidentium non patitur q̄ ibi ſit aſſignare duas formas realr differentes quaꝝ vna ſit incompleta ⁊ ſe h₃ vt forma gn̄is. Alia vero ſit ꝯpleta ⁊ ſe h₃ ut forma ſpēi. Sed totum eſſe accidentiu₃ eſt quid incompletum ⁊ accipitur realr in eis ratio cōpletiua ſpēi ex ordine ad ſbm. ¶ Argumentu₃ igr̄ illḋ qḋ forma ſb̄alis virtuoſioꝛ eſt q̄₃ artificialis. magis arguit oppoᵐ quā ꝓpoſitum. non. n. pp virtuoſitatem acccidentium · ſed pp debile eſſe ipſoꝝ arguitur q̄ in eis non aſſignatur formaꝝ gradus. ¶ Oppoſita aūt hūs. ſic arguere poſſumus · nam ſi in ſb̄is differt forma gn̄is a forma ſpēi. cum mā ſubiecta cum forma · ſic cā oīum accidentium que ſunt in ea. vt dr̄ ꝑ phy. q2 cauſe nāles pꝛopoꝛtionātur effectibus o₃ dare oꝛdine₃ in accidentibus ſicut ⁊ in ſb̄is. Dicamus ergo qḋ ſicut a ſb̄a cauſat accidens. Sic a forma gn̄is i ſb̄a cauſatur gn̄s in accidentibus ⁊ a forma ſpēi ſpēs. Non vr̄ ergo intelligibile ſi oꝛdinem naturalem cauſalitatis ſaluare volumus inter ſb̄am ⁊ accidens. q̄ ſit dare gradus in ſb̄a. ⁊ non in accidentibus. ¶ Amplius nō eſt magis eſſentialis pꝛedicatio in accidētalibus quam in ſubſtantialibus nō ergo eſt intelligibile q̄ in ſb̄alibus differat forma gn̄is a forma

X.c.ſo.

ſpēi ⁊ non in accidentibus q2 tūc eſſentialius pꝛedicaretur genus de ſpē in accidentibus q̄₃ in ſb̄a qḋ eſt inpueniens ⁊ hec de eo qḋ poſtulatis ſufficiat.

Alia queſtio. D. Egidij Romani.

Queſtio Eſt. vtrū ponere plures formas i ꝯpoſito repugnet hys que tenere debemus ſm fidē cath. ¶ Dōm qḋ ſi pōeꝛ vnam formā · vel plures formas ꝯſonat. vel ꝯ̄dicit fidei catholice h ſolū eſt reſpectu coꝝ q̄ tenēr debemus de ipſo v̄bo incarnato vł de ipſo coꝛpe cbr̄i. ¶ Poſſumus . n. dicere q̄ fides catho. q̄tuoꝛ t₃ de ipſo cbr̄o. qbus repugnat ponēꝛ plures formas. gradus. n. formaru₃. ¶ Pᵒ repugnat morti ⁊ paſſioni cbr̄i. ¶ Scđo repugnat eius vnioni. ¶ Tertio repugnat coꝛpi cbr̄i exiſtenti ſub ſacramēto. ¶ Quarto repugnat nr̄e redēptioni. Repugnat. n. hec pō morti ipſius cbr̄i. q2 ſi eſt ponere gradꝰ non poſſumus vere dīc ⁊ ꝓprie ſaluare q̄ coꝛpus cbr̄i iacēs in ſepulchro fuerit moꝛtuū. viuere. n. viuētibus eſt eſſe: coꝛpus igr̄ viuū nō ab alia foꝛa h₃ q̄ viuat ⁊ qḋ ſit. aīr. n. eſſet dare viuere qḋ n̄ eſſet ſimpliciter eſſe viuentis. coꝛpus igr̄ cbr̄i ſi n̄ hēbat eſſe ſimplr p aīam nec hēbat q̄ eſſet coꝛpus p ipa₃. nec hēbat viuere p eā. pp qḋ ſi pn̄tia aīe nō dabat illi coꝛpi qḋ eſſet viuēs. nec abſentia dabat ei q̄ eēt moꝛtuū. coꝛpus ḡ cbr̄i cū flagellabatur nō viuebat. cū erat in ſepulchro nō erat moꝛtuū. dice

re āt ꝙ aīa illa nō dabat illi corpi eē ſimplr. dabat tñ ei qḋ viueret. eſt ſermo ignorantiū ſignificata vocabuloꝝ viuere.n.nō dicꝰ eē ſʒ qd. Sʒ dicꝰ eſſe ipſius viuētis ſimplr. qꝛ ē ſolo inueniēs eſt qḋ aliqḋ viuens ab illa forma hēat. qḋ ſit ſimplr ⁊ appeat ꝙ viuat. ¶ Amplius. ſi corpus chꝛi p aliā formā eſt corpus ⁊ per aliā viuit. ita ꝙ p aliā formam ſit in gñe. ⁊ per aliā in ſpē. cū genus ḋ ſua ſpē pḋicet verū eſt dicere ꝙ chꝛs eſt hō. ita verū erat ꝙ chꝛs erat corpus. recedente ḡ aīa. ⁊ remanente forma corpis remāſit corpus qḋ pḋicat de hoīe. qꝛ remanſit forma gñis cū non remanſit hō. qꝛ non remāſit forma ſpēi. Sed hoc eſt ſtultius ꝙ ex h īpoſſibilia conſiderare. qꝛ ea q̄ ſunt in p̄ mō dicēdi p ſe ſunt neccīa. ⁊ ōio ī ſepabilia. aīal.n. qḋ pḋicat de capꝛa. ⁊ qḋ exiſtit in capra. in ſepabile eſt ab ea. ⁊ corpꝰ qḋ exiſtit in hoīe ⁊ qḋ pḋicatur ḋ hoīe. in ſeparabile eſt ab eo. īpoſſibile eſt ꝙ remaneat cū ꝯpetebat eſſentialr pḋicariḋ hoīe. ⁊ qḋ erat ipſe hō. ⁊ cū n̄ remaneat tale corpus eſſentialr pḋicatur. Quid.n. dicꝰ iſta pō niſi qḋ genus pḋicatur de ſpē p accidēs. ex q̄ vnū ab alio ſepari pōt. q̄.n. ſſ p ſe ī ſepabilia ſunt. q̄ vō per accñs ſepari contingit. chꝛoḡ in ōꝛtuo remanebat ī eo corpꝰ qḋ pḋicabatur ḋ hoīe. qꝛ remanebat ī eo forma gñis. ⁊ p ꝯñs remanebat qḋ eſſet hō. ⁊ ꝙ eēt viuus. qꝛ ea q̄ ſunt per ſe in ſeperabilia ſſ erat. ḡ mortuꝰ. ⁊ nō mortuus. nūq̄ꝫ ḡ verā mortē in chꝛo ſaluare poſſumus ponendo in ipſo hmōi ḡdus for. ¶ 2ꝰ h pō ṙpugnat vnioni verbi incarnati. nā ea ex q̄bus aptū natū eſt fieri. vnū p ſe. ⁊ per ſe habet vnionem. ad uerbum. nūq̄ꝫ.n. aīa ⁊ corpus p ſe fuiſſent vnita verbo niſi qꝛ ex aīa ⁊ corpoꝛ per ſe reſultat aliqd vnū. aſſumpſit.n. chꝛs vt ait Dam. hūanam nām in athomo. aſſumpſit.n. vnā nām ſingularē. alam ḡ ⁊ corpus aſſumpſit qḋ aūt ex aīa ⁊ corpore per ſe reſultat nā vna. quicūꝙ āt ponit chꝛm aſſumpſiſſe taleꝫ aīam. ⁊ tale corpus ex quibus n̄ poſſit fieri vnum per ſe. ī pugnat hanc ſctiſſimā vnionem ⁊ fidei catholice. ꝯdicit. qꝛ ex pluribus ī actu nūq̄ꝫ fit vnū per ſe. nam vnitas rei accipienda eſt ex vnione actꝰ. qꝛ ſi eſſet dare gradus formarū. ⁊ corpus eſſet aliqd in actu ſʒ ſe p̄ter actualitatē quā hʒ ab aīa. ex corpe ⁊ aīa fieret vnū p accidens. chꝛs ergo non fuiſſet hō p ſe. Sed p accidens. ¶ Amplius vt dꝛ. 8. metha. ⁊ ſ. 2. de aīa. nō oꝫ querere qꝛ ex figura ⁊ cera fiat vnum. eo.n. ipſo qḋ hoc dicit qd in potentia. illud vero qd in actu. fit ex hys aliqd vnū. igitur ſicꝰ loquimur de potentia ⁊ actu. ſic loquēdū eſt de vno. ex potentia igitur ſimplr ⁊ per ſe. ex potentia vero quodāmō ⁊ actu. fiet vnum ſm quid ⁊.q. per accidens. qꝛ ſi corpus chꝛi de ſe dicebat aliqd in actu ⁊ hēbat aliquā actualitatem ſ̄balem q̄ꝫ non hēbat. ab aīa ꝙ oꝫ dicere ponentes gradꝰ for. cū corpus illud non diceret potētiā oīmodam vel potentiam ſimpliciter. ex corpore illo ⁊ aīa non fiebat vnum ſimpliciter. ⁊ per ſe Sed magis ſm quid. ⁊.q. per accidens. repugnat ergo hec poſitio illi vnioni ſanctiſſime. quia ſequitur quod chriſtus vniendo ſe humane nature. Non fuerit hō ſimplr ⁊ p ſe. ſʒ ſm qd. ⁊ q̄ſi p accñs. ¶ Tertio h pō repugnat

Uide de gra. for. pte. 3. c. 3

T. c. 15 16.

T. c. 7.

Uiḋ theo. ḋ cē. ⁊ eēn. 8. via. ⁊.

Vide de grad.for. pte.3.c.1.

corpi cbri exiſtēti ſub ſacramēto. nā ſcdm eā corpus xpi in qd ↄuertitur ſba panis. ē mā cum forma gnis. ſiue cum forma corporeitatis: Sed cum genus pdicetur de ſuis ſpēbus. ⁊ de oībus aliis ſuis inferioribus. corpus illud in qd cōuertitur ſba panis predicabitur d ipſo chriſto. nam ſic chriſtus erat homo ⁊ aīal. ita etiā erat corpus aiatum. ⁊ corpus accipiendo corpus put dicit mā cum forma generis ſiue cum forma corporeitatis. non ergo bene dicebat Chriſtus cum conuertendo ſbam panis in corpus ſuū. ait hoc eſt corpus meū. non enim debuit dicere. h eſt corpus meum. Sed h ē corp9 ego. vel h ē corpus. qd ſum ego. aīal.n. qd pdicat de me nō ē aīal meū. qꝛ ↄ rōm gnis ē predicari d noīatiue. Sʒ ē aīal qd ſum ego. qꝛ p ſe ↄpetit gnī pdicari eſſentialr. Si g abſurdū ē dicere q forma illa de ſacramēto altaris quā tradidit chrs dei virtus ⁊ dei ſapientia non ſit oīo rectiſſima. abſurdū eſt dicere q corpus chri in qd cōuertitur pāis ſba dicat māʒ cū forma corpeitatis. ſiue cū foīa gnis ⁊ p ↄns incōueniēs eſt ponere gradus formaꝝ. ¶ Amplius ↄ rōeʒ gnis eſt hre rōm ptis. qꝛ ps nō pdicatur de toto. genus vo pdicat. Rurſus ps d noīatiue. gns āt eēntialr. qr ſi eēt dare gradus foraꝝ. ⁊ corpus per aliā formam eſt corpus ⁊ per aliā viuit. ita q forma gnis ē alia a foīa ſpēi ⁊ corpus l qd cōuertitur panis dicit māʒ cū foīa corpeitatis vt dicūt ponētes gradus formaꝝ cū genus ñ dicat ptē. ſʒ totū. Corpus illud in qd cōuertit ſba panis ñ ē ps hoīs. ſʒ totus hō. nec ē corpus chri. ſʒ corp9 qd ē chrs. q ē repugnare huis que tenet fides catholica: ſciētib9 ſcripturam ſacrā nullū eſt dubium.

¶ 4° h pō repugnat nre redēptioni. imo totā fidē cath. euellit. ⁊ deſtruit. ſcidit. n. h pō l pōnē illā. Auerr. q nō eſt neceſſe multiplicari aīas ſm mltiplicatiōm cōps. nō g nos redemit chrs. qꝛ nō fuit neciuʒ ipʒ hre aīaʒ differētē ano h qd āt ſic ſit pʒ. nā io Auerr. poſuit itellm non multiplicari multiplicatione corpoꝝ. qꝛ aīa intellectiua equiuoce erat actus corpis. ⁊ nō coniungebatur corpori per ſe. ſʒ per accidēs. Cum g oīſum ſit q ponere gradus formaꝝ eſt dicere aīam vniri corpori per accidens. ponere hmōi gradus eſt incidere in pōnem ↄmentatoris ⁊ ē euellere totā fidē. non. n. ſic ↄiungit aīa corpori ſicut vinū ↄiungitur vaſi. Sed ſic coniungitur aīa corpori. ⁊ forma ſbaliſ mē. ſic id qd eſt in potentia ſimplr. ↄiungitur ei qd ē dās eſſe ſimplr. Solū g pm eē qd recipit mā. ē eē ſbale. ceteras vo actualitates oʒ eē p accñs. nā recipiēte mā. pm eē formale. iā eſt aliqd l actu. ⁊ nō ē in poa ſimplr. qd qd g ei poſtea addit ē qd p accñs ⁊ nō fac vnū ſimplr. non g oʒ aīas intellectiuas multiplicari multiplicatione corporuʒ. ſi eſt ponere gradus in formis. qr ſequit hmōi aīas ↄiūgi corporibus per accñs ⁊ non p ſe. ⁊ fieri ex eis ⁊ corpib9 vnū ſm qd. ⁊ non ſimplr. nulla. n. intellectualis ſba de neceſſitate multiplicatur multiplicatione corporum. nec illis corporibus ↄiungitur eēntialiter ⁊ p ſe. ↄdicere g hanc pōnem nre redēptioni nulli eſt dubium.

Explicit. qō. ↄ gradus formarum edita a fratre Egidio de Roma.

Incipit.q.D.Egidij Romani. De differẽtia Ethice: Polithice: ⁊ Rhethoꝛice Ad quendã fratrẽ ordinis ꝑdicatoꝝ.

CAriſſimo ſibi in Chriſto fratri Oliuerio
ordinis predicatoꝝ lectori In da
gagenſi. Frater Egidius Ro. frm
heremitaꝝ ordinis ſcti Augu. ſa/
lutem ⁊ ſinceritatem cũ dilectio/
nis affectu. Interrogaſtis a me
hoīe Romano honoret vos deus
vt de dr̃ia Rethoꝛice. Ethice. ⁊
Politice vobis aliqua deſtinarẽ.
Lib.ꝑ.lec. ¶ Sane ſi que ĩ lib. Rethoꝛicoꝝ
4.du.ꝑ⁊.3 ſcripſimus diligẽter aſpicitis dr̃ia
⁊ lecti .7. Rethoꝛice ad alias dnas vos late
du.ꝑ. re nõ põt. ¶ Tullius.n. vr̃ retho
ricam ſub politica collocaſſe. q ſi
hoc eſſet forte dubiũ hr̃et quõ ab
ea differret. Sed cum rethoꝛica
ſit aſſecutiua dialectice ⁊ magis
ſit quedam dialectica q̃ȝ politica
põt inter eas talis dr̃ia aſſignari.
¶ Nã ethica ⁊ politica ſunt ſcie.
ſpeciales. ⁊ ſunt determinati gñe
ris. Circũcernunt.n. actus huma/
nos tãq̃ȝ ſpecialẽ mãm circa quã
verſantur. ¶ Rethoꝛica aũt non
Lectiõe.i. ſic. Sed vt dr̃ primo rethoꝛicoꝝ.
rethoꝛica eſt aſſecutiua dialectice
ambe.n. ſunt de talibus quibuſdã
que cõmuniter quodãmõ eſt co/
gnoſcere ⁊ nullius ſcientie deter/
minate. ¶ Sed ſi ſic dicimus qđ
credimus bene dcm̃ ꝯſurgit que/
dam dubitatio. Naȝ rethoꝛica vr̃
quaſi media inter ſcias moꝛales
⁊ rationales. vr̃.n. eſſe compoſita
ex vtroqȝ negocio. videlicet diale
ctico. ⁊ politico. Nã vt dr̃ ꝑ retho
ricoꝝ. contingit rethoꝛicaȝ velut
ad natam partem quandam dia/
lectice eſſe ⁊ negotij q é circa mo
res. ¶ Si ergo hec duo compꝛe
hendit rethoꝛica. Quare magis
eſt quedam dialectica q̃ȝ quedam
politica. Quare magis aſſentien/
dum eſt pħo qui collocauit eam
ſub dialectica. quam tullio qui vr̃
eã collocare ſub politica. ¶ Di/ Qũo re/
cendum q ſcia denoĩatur ab eo tho. ſit de/
cuius notitiam tradit. ⁊ q̄ retho/ terminati
rica tradit notitiã quorũdam cõ/ vel ideter
munium ⁊ non directe tradit no/ minati ge
titiã moꝛalis negocij. Ideo dr̃ eſſe neris vĩđ
in determinati gñris. ⁊ eſſe que/ ꝑ rethori.
dam dialectica. ⁊ non dr̃ eſſe que/ lec .4. du.
dam politica. Sicut enĩȝ tempta ꝑ ⁊ quõ lo
tiua applicat cõia ad ꝓpꝛia. ⁊ ar/ gica viđ ꝑ
guit circa ſcias ſpeciales vt cir/ elen. ca.8.
ca geometriam per quedaȝ cõia lec.3. in ꝑ
pꝛopter quod vr̃ eſſe cõpoſita ex notabili.
vtroqȝ negotio. videlicet ex dia/
lectico ⁊ geometrico. tamen quia
de geometria. ⁊ alijs ſpãlibus ſciẽ
tijs non directe temptatiua tradit
notitiã. Et temptatoꝛ ſm q hmõi
ignoꝛat pꝛopꝛia. Sed ſolum nouit
cõia. temptatiua nõ eſt q̃dam ſcia
ſpãlis. Sed eſt quedam dialecti/
ca vt declarari habet pꝛimo elen/ Ca.8.le.2
coꝛum. Sic ⁊ rethoꝛica cõſiderat
quedam cõia ad moꝛale negociũ
Tamẽ q̄ per cõia non directe hr̃
notitia moꝛalis negotij. Rethoꝛi/ Vr̃ q ari.
ca non eſt ꝓpꝛie ſub politica. q̄ di ꝑ ethi. c.2.
recte nõ tradit notitiã moꝛalium. Vel lec.2.
Sed ꝓpꝛie eſt quedã dialetica. q̄ ſm.s. tho.
directe tradit notitiã quorũdam tex.5. col/
cõiũ vt declarari hȝ ꝑ elenc. immo locet reth.
ſic tẽptatiua. q̄ eius hȝ qđ hmõi ſub politi/
eſt ſcire cõia. ⁊ nõ ꝓpꝛia. ideo cuȝ ca
per illa cõia deſcendit ad ſpãlia
vt ad geometrica dr̃ eſſe ſophiſti
cus geometricus. q̄ non arguit
ex ꝓpꝛijs geometrie. Sic rethoꝛ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cuius eſt ſcire quedã cõia ſi per il la cõmunia deſcendat ad ſpecialia. vt ad polithicam dicetur eſſe ſophiſticus polithycus. qꝛ non arguit ex proprijs polithyce. ¶ Viſo quomõ differt Rethorica ab Ethica ꝛ polithyca. reſtat videre quomodo eticha ꝛ polithyca differant inter ſe. ¶ Poſſumus aũt quantum ad preſens ſpectat iter eas aſſignare triplicem differentiam. Prima eſt. qꝛ ethyca magis eſt de hijs que ſpectant ad regimen vnius. Unde ꝛ cõiter monaſtica appellatur. Polithyca vero magis eſt de hijs que ſpectant ad regimen totius ciuitatis. ꝛ inde ẽ ꝙ polithyca quaſi eſt archytectonica reſpectu ethyce. qꝛ ſemper bonum gentis diuinius eſt ꝙ̃ bonum vnius vt dicitur ꝑ ethy. Secunda differẽtia eſt qꝛ ethyca magis determinat vt ſimus bõi amore boneſti. Sed in libro Polithy. determinari habet vt ſimus boni timore pene. Nã qꝛ eiuſdem ad ſe ipſum non eſt coactiuũ dominiũ in regimine quo quis ſe ipſuꝫ regit. nõ trahitur quis vt fiat bonus timore pene. ſed ſolum amore boneſti. Sed in polithyca vbi leges coactiuam habent potentiam. trahitur quis vt fiat bonus timor̃ pene. Poſſumus ergo dicere ꝙ tripliciter inducitur quis vt ſit bonus. Prima ex amore boneſti. Secũdo ex monitione paterne. Tertio ex timore pene. Primum ſpectat ad monaſticam. Secundum ad yconomicam. Tertium ad polithycam. Jn monaſtica. n. ſiue in ethica in qua agitur de regimine vnius nõ inducitur aliquis ad bonum niſi amore boneſti. ꝛ nõ retrahitur a malo niſi ex vilitate viti. ¶ Sꝫ i yconomica vbi agitur ꝺ regimine familie trahitur quis ex admonitione pia. ¶ Et qa aliqui ſunt ita peruerſi quos nec amor boneſti. nec pĩna monitio. ad bonuꝫ trahit. iõ preter ethicã ꝛ yconomicã. oportuit dare polithycam. per cuius leges timore pene inducerentur ad bonum. illiqui ſunt habentes peruerſam alam. ¶ Hoc eſt ergo ꝙ videtur velle phs. 4. ethy. vbi ait ꝙ paterna quidẽ preceptio. ſi hꝫ forte aliquid coactiuum. neqꝫ vtiqꝫ que vnius viri. lex aũt vt ſubdit coactiuam hꝫ potentiam. Regimen ergo vni⁹ viri ꝙ ſpectat ad ethycam. ꝛ preceptio vel monitio paterna quod ſpectat ad yconomicam. nõ ſufficiẽter inducũt aliquos ad bonum niſi adſit ibi lex coactiuaꝫ hñs potentiam. qꝺ ſpectat ad politicã. ¶ Tertia auteꝫ differentia eſt que ſumit ex hijs oꝛtum. Nam in regimine monaſtico non ſunt iurgia. ſed in regimine politico vbi timore pene magis a. l. pꝛohibetur manus ꝙ̃ animus. ꝛ actus exterior. magis ꝙ̃ interior. appetit⁹ vt ceſſent lites ꝛ iurgia. ¶ Opoꝛtet etiam in ſpeciali per leges oñdere quid ſi iuſtum. ꝛ quid ſit iniuſtum. non enim ſufficit dicere ꝙ iuſtum ꝛ bonum cõſiſtit in medio ꝙ facit lib. ethyco. Sed opoꝛtet deſcendere ad ſpeciales materias quid ſit ibi medium. ꝛ quid eſt ibi iuſtum qꝺ faciunt leges: vnde ſi totam habere mus politicã. ꝛ eſſet ꝯplete tradita traderẽtur in ea leges. ꝛ poſſemus per eas deſcẽdere. q. ad ſpeciales contractus. ¶ Eſt ergo h̃ dr̃ia. qꝛ per ethycã hr̃ quid ſit bonum. magis in gñali. per polithycã vero magis i ſpeciali. ¶ Sũt ergo tam ethyca ꝙ̃ politica ꝺ ac

Cap. 2.

Vid. Egi. lib. ꝑ. de Regi. pn. trac. ꝑ. c. 2

tibus humanis. Sed nō eodē mō vt patet per habita. ¶ Uerum quia iter legiſtas vos dicitis eſſe. vt legiſtis ſatisfacere valeatis quantum comprehenderē poſſum de legibus aliqua dicā / non credo ꝙ ſm̄ in legibus ſint leges. nec qđ ſm̄ in decretalibus ſint decretales. vt quidā dicere voluerunt. ſic. n. facile eſſet omniū aſſignare ſm̄. dđo ꝙ in logicalib9 ſm̄ ſunt logicalia. ꝛ ī nālibus nālia. oꝫ ergo ſubtilius inueſtigare ſm̄. credo. n. ꝙ ī legibus ſbꝫ ſint actus humani. de quibus tāqꝫ ꝓprias paſſiones probant. quid iuſtum ꝛ quid iniuſtum. leges ǵ ſub alternantur morali phie. cū tota phia moralis de actibus humāis exiſtat. ꝛ inter ceteras. ptes phie moralis leges plus conueniūt cū politica. Dictum eſt. n. ꝙ leges iponere ad politicā pertīnet. Politica. n. in duas partes diuiditur. ſ. legum poſitiuam. ꝛ legum cōſeruatiuaꝫ. vt videtur phs velle in. 6. ethy. Conſiderare ergo de legibus pertinet ad eos quos vocamus legiſtas. ꝛ ēt ad politicā. ſed non eodem modo. politica enim leges tradit per modum artis. legiſte vero leges tradunt ſine arte non enim conſiderant legiſte de talibus per modū ſcientificum. Sed per modum narratiui. ſic ergo ſe vñr habere legiſte ad politicam. ſicut vulgares ꝛ layci ſe habēt ad dialecticos. vulgares eniꝫ ꝛ layci ſunt quidā ydiote dialectici. quia vtuntur dialectica ſine arte. ſic ꝛ legiſte ſunt quidam ydiote politici. quia vtūtur politica ſine arte. Et hec vobis de queſito ſufficiant valere.

Alia Qō. D. Egi.

Queſtio Eſt.

